

servabo, doctrinam, quæ ad veram & stabilem Cordis in Deum conversionem, necessitatem amoris DEI super omnia dilecti admittit, fuisse pervulgatam apud Sanctos Patres, & Scriptores Ecclesiasticos duodecimi seculi. Unum instar omnium laudabo Sanctum Bernardum, qui in Epistola XI, ad Guigonem Priorem Carthusiensem disertè docet, solam charitatem legem esse, quæ convertit animas: Nec timor, inquit, nec amor privatus convertit animam. Mutant integrum vultum vel actum, affectum nunquam. Facit quidem etiam servus non nunquam opus Dei, sed quia non spontè, in sua adhuc duritia permanere convincitur. Facit & mercenarius, sed quia non gratis, propria trahi cupiditate cognoscitur. Porro ubi proprietatis, ibi singularitas, ibi angulus; ubi verò angulus, ibi sine dubio sordes, sive rubigo. Sit itaque servo suo sua lex timor ipse, quo confringitur: Sit mercenario sua cupiditas, qua ipse ardetur, quando ab ipsa tentatur, abstractus & illeceus. Sed harum nulla aut sine macula est, aut animas convertere potest. Charitas verò convertit animas, quas facit & voluntarias. Hactenus mellissimus ille Doctor & præstantissimus seculi duodecimi decus & ornamentum.

D. In momentoso salutis meæ negotio putiori doctrinæ Morali Christianæ mordicus adhærebo, nec probabiles sequar hominum opiniones, sed viam simplicem, angustam, & arduam, juxta consilium Lactantii Firmiani, quem, te suavore, identidem lego, & cujus lectione magnoperè delector. Hanc autem viam Lactantius, Cicero Christianus, libro VI. Divinarum Institutionum cap. 7. & 8. depingit aureis verbis: Hæc autem via, quæ est veritatis & sapientia, & virtu-

tis & justitia, quorum omnium fons unus est, una sedes, & simplex est, quod paribus animis, summaque concordia unum sequamur & colamus Deum: & angusta, quoniam paucioribus virtus data est: non potest perveniri. — Errant ergo ac laborantiam cernunt, nec ducem sequuntur illum, qui nec namque ratione hanc vitam queri oportet, quæ lumen observent, incertis cursibus vagantur, quæ quis autem rectum iter vita tenere nititur, quæ terram debet aspicere, sed Cælum, & ut apertius his terrestribus simulacris, sed Deum: non non ad corpus referre omnia, sed ad mentem: huic vita dare operam, sed æterna. Itaque si oculos in cælum semper intendas, & solem, quæ oves observes, cumque habeas vitam, quæ navigii ducem, sua sponte in viam pedes dirigentur, & illud cælestis lumen, quod sanis mentibus multo clarior sole est, quam hic, quem carne mortali videmus, sic reget, sic gubernabit, ut ad summum sapientia virtutisque portum sine ulla errore perducatur. Sapienda igitur Dei lex est, qua nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa cælestis &c. Ad hanc cunctissimam vitæ humanæ Regulam, quam supplicat Lactantius, mores meos exigere pro viribus faciam, & omnes vias incertas, dubias ac periculosas sollicitè declinans, sæpius cum Vate Regio Psalm. XVI. v. 4. dicam Deo Optimo Maximo: Ut non loquatur os meum opera hominum, propter verba laborum tuorum ego custodi vias tuas.

Finis Tomi Quarti.



HISTORIA ECCLESIASTICA, VARIIS COLLOQUIIS DIGESTA,

UBI

PRO THEOLOGICÆ CANDIDATIS
RES PRÆCIPUÆ, NON SOLUM AD
Historiam, sed etiam ad Dogmata, Criticam, Chronologiam
& Ecclesiæ Disciplinam pertinentes, per breves Interro-
gationes, & Responsiones perstringuntur, & in
præclaro ordine collocantur.

TOMUS QUINTUS,

COMPLECTENS


DUO ECCLESIAE SÆCULA,
DECIMUM TERTIUM ET DECIMUM QUARTUM,

AUCTORE

FR. IGNATIO HYACINTHO
AMAT DE GRAVESON,

Sacræ Facultatis Parisiensis Doctore, & Collegii Casanatensis
Theologo, Ord. Fratrum Præd.

EDITIO IN GERMANIA SECUNDA.



CUM PERMISSU SUPERIORUM.

Augustæ Vindelicorum & Græci,
Sumptibus Fratrum VEITH, Anno MDCCXXVII.